

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung, der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

cingitur interea Romanis Ardea signis  
et patitur longas obsidione moras.  
dum vacat et metuant hostes committere pugnam,  
luditur in castris, otia miles agit.

725 Tarquinius iuvenis socios dapibusque meroque  
accipit; ex illis rege creatus ait:  
'dum nos difficilis pigro tenet Ardea bello  
nec sinit ad patrios arma referre deos,  
ecquid in officio torus est socialis? et ecquid  
coniugibus nostris mutua cura sumus?'  
quisque suam laudat, studiis certamina crescunt,  
et fervet multo linguaque corque mero;  
surgit, cui dederat clarum Collatia nomen:  
'non opus est verbis, credite rebus!' ait,

730 'nox superest, tollamur equis Urbemque petamus!'  
dicta placent, frenis inpediuntur equi.  
pertulerant dominos: regalia protinus illi  
tecta petunt, custos in fore nullus erat.  
735 ecce nurus regis fusis per colla coronis  
inveniunt posito pervigilare mero.  
inde cito passu petitur Lucretia; cuius  
ante torum calathi lanaque mollis erat.  
lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant,  
inter quas tenui sic ait illa sono:

740 'mittenda est domino — nunc, nunc properate, puellae! —  
quam primum nostra facta lacerna manu.  
quid tamen auditis? nam plura audire potestis.  
quantum de bello dicitur esse super?  
745 postmodo victa cades, melioribus, Ardea, restas!  
improba, quae nostros cogis abesse viros.  
sint tantum reduces! sed enim temerarius ille  
est meus et stricto qualibet ense ruit.  
mens abit et morior, quotiens pugnantis imago

750 me subit, et gelidum pectora frigus habet.'  
desinit in lacrimas inceptaque fila remittit  
in gremio vultum depositque suum.  
hoc ipsum decuit, lacrimae decuere pudicam,  
et facies animo dignaque parque fuit.  
755 'pone metum, veni!' coniunx ait, illa revixit  
deque viri collo dulce pependit onus.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Bestimmen Sie die syntaktische Funktion von *temerarius* in V. 751!
2. Was ist bei der Konstruktion der Verben *mittere* und *ponere* zu beachten, und welche Konsequenzen hat das für die Bedeutung der V. 755f?
3. In welchem Casus steht *onus* in V. 760 und welche syntaktische Funktion hat das Wort?